Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.
Zespół (fond) 141.

ZBIÓR ALEKSANDRA CZOŁOWSKIEGO

Dział (opis) I

2046. Orzeczenie c.k. komisji w sprawie granic wsi Hundermark na Spiżu z 1757 r.

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE

Orzeczenie
c. k. Komisji w sprawie
granic wsi Hundermark na Spiszu
1757

Nos Infrascripti per Excelsam Caesareo Regiam Mixtam
Commissionem, virtute gratiosi in Oppido Lublyo die 13. Mensis
Augusti Aᵒ proxime transacto 1756. emanati Decreti,
inter caeteras imtri Specificatas pro revisione discussione
et accomodatione illius etiam metalis controversiae, quae per
Incl. Familiam de Berzeviczy velut haereditariorum in
Possessione Hundermark, ex parte vero fati Loci privi-
legiato Regio Oppido Leibicz, uni ex XIII. Scepusiensi-
bus intentata extitit, Subdelegati Commissarii fatemur
et recognoscimus tenore praesentium significantes, quibus
expedit universis:

1757

Quod posteaquam pro assumenda Supradicta Controversiae Revi-
sione primum quidem in Terminum diei 15ta Mensis Junii
anni modo currentis infrascripti, mutuo coalescentes cum
eidemq Partibus Interessatis debite insinuantes ac ad prae-
scriptam Possessionem Hundermark et respective ad aliam
proxime vicinam Majerky dictam insimul convenientes,
fine uberioris tam Nostri quam et partium capacitationis
statim sequente die ad Loca hujusce Controversiae Substra-
ta exivissemus, eadem ab ipso Monte Tymmer nunc com-
muniter Bila vocato incipiendo, juxta nimirum parie-
tem Metalem villa Jakabvágása, usque ad alium Montem
ubi actuale Possessorium Leibiciense et Hundermarkiense
incipit, et abinde penes metas illic conspicuas pergendo a
Saxo porro seu ultima meta, in defluxu rivuli Helle seu
Peklo appellati, qui tandem in alium rivulum Lipnicza in-
ter praenominatas Possessiones Majerky et Hundermark deflu-
entem incideret, progrediendo in ventilatam Revisionem susce-
pissemus, ea vero peracta, Pars Leibiciensis, propter non
nullos difficultates praeter opinionem suam (: ut asserebat :)
in hoc passu occurrentes, fine facilitandae determinationis

quod prim

BIBLJOTEKA OSSOLIŃSKICH
ZBIÓR Dr. A. CZOŁOWSKIEGO
Nr. rękopisu 2046

2046

quod spaciam Respirium sibi admitti petiisset, ac idcirco non prius quam die 19.a mensis et Anni infra notatorum pro Continuatione finaliq decisione, ejusdem Controversia, iterum ad praefectas Possessiones convenire potuissemus. Cotum pro muneris nostri Decretaliter nobis impositi commendati exigentia Partes supra memoratas, ante ulteriorem Processus litis continuationem, majoremq Expensarum profusionem diversis salutaribus ex motivis et Argumentis ad amplectendam inter se Concordiam, et vicinam Unionem serio ac efficaciter admonuerimus; Quae partes tametsi hujusmodi Hortationibus nostris non statim locum dare voluisset quin potius Oppidum Leibicz quidem ex tantibus conspicuis Cumulis metalibus et juxta eosdem ab immemorabili habito pacifico nec unquam turbato usu ac possessorio suo firmiter in Locum eodem ultro quoq semet stabiliri adversisset Familia de Berzevicze e contra demonstratas metas Leibicensium genuino sensui Decreti Commissionis Ruberiandi de Ao. 1580. diversimode contrariari ac vel ideo nimis suspectas esse quod easdem a praescripto tempore, usq in praesens pluribus vicibus propria authoritate praeter scitum aut consensum suum (: dum praemissis ipsa Familia querulans diutius extra actualitatem Haereditarii Juris sui constituta fuisset :) renovaverint, ast potius initium metarum utriusq Teritorii ad praescriptum supra memorati Commissionalis Decreti, et eorum facta distinctionis, longe ultra praetensam primam Metam in dorso ejusdem Montis versus meridiem statui, taliterq notabilem partem Sylvarum Teritorio Hundermarkiensi reapplicari debere, per introportectas Replicas suas et contra

Contra Legiticas evincere studuisset, tandem nihilominus erga tran-
Butam interpositionem inclinata, et potissimum ulteri-
-ora odia ac dissensiones animorum item exulcerationes
expensarumque profusiones, non secus et dubium litis even-
-tum praecavere, e contra vero intra bonae ac tranquillae vi-
cinitatis, laudabilemque harmoniam, tum inter se, tum et
subditos ab utrimque suos restabilire ac imposterum firmi-
-us conservare volentes eaedem partes suedum collitti-
-gantes, et quidem Perillustris ac Rdus Dnus Senior A-
-lexander Berzeviczy de eadem Familiae suae Frater
natu major, Communiumque Causarum Director, suae et praefa-
-tae Familiae suae nominibus, à parte vero Privilegiati
Regii Oppidi Leibicz Generosi Prudentes ac Circumspecti
Dni Johannes Draüdertein Judex Primarius, alter Joan-
-nes Pony Tribunus Plebis, Tobias itidem Pony Vice Judex
et Notarius, Ctias Hener et Michael Rosz Senior Elata
Comunitatis, comembra suis et totius saepefati Regii
Oppidi Comunitatis nominibus et in Personis coram no-
-stro Consessu personaliter constituti sponte ac liberetra-
-turaque prius et bene digesta Deliberatione ad talem uti
subnectitur manibus stipulatis devenerunt Accordam
et amicam conventionem in perpetuum firmissime ab
utrimque observandam. Nimirum

Primo. Supra titulatus Dnus Alexander Berzeviczy totius Fa-
-miliae suae Universorumque Haeredum ac Successorum omniumque
illorum, quos praesens negotium, nunc vel in futurum quomodo-
-cunque concerneret, oneribus vel gravaminibus in se assumptis
toti Juri et Pretensioni suae, quam adversus praenominatum Re-
-gium Oppidum Leibicz, in negotio territoriali habuit, vel ha-
-bere posset, hactenus formavit, vel ultroneae formare po-
-tuisset,

tuisset, simpliciter cedit, eandemque suo et Mercium, quod onera passum sit, nominibus in perpetuum cassat, annihilat, et mortificat, idem Regium Oppidum verò ac ejusdem modernos, pariter ac futuros Cives, Incolas et Subditos in reali ac pacifico usu et possessorio Teritorii sui et prout hucusque perstitit, et juxta demonstratas modalitateque mox ab infra declaranda renovandas Metas, ac tandem ab iisdem observato defluxu Rivuli Helle, et alterius Limnicza vocati perpetuis temporibus continuando relinquit, stabilit, et pro stabilito declarat. Et converse

Secundo. Communitas Praefacti Regii Oppidi Leibicz Primo modo factam Partis Berzeviczianae cessionem, extensionisque cassationem, et e contra usus ac possessorii sui confirmationem, stabilitionemque cum peculiari animorum gratitudine recognoscere volens ad manus toties repetiti Domini Directoris Ittae Familiae de Berzevicze instantaneè, coram nobis Hungaricales Florenos Ducentos in bona curenti moneta deposuit ac enumeravit. Pro reali autem praemissae Conventionis effectuatione

Tertio. Ita inter Partes coalitum est, ut statim et indilatè in praesentia Dominorum Ordinarii Processualis Iudlium et Iurassoris hujus Possessoris hic pro testimonio adhibitorum Deputati utriusque Partis assumptis hominibus pari numero, necessitati operarum manualium approportionando renovationem antiquarum metarum instituant, hoc quidem modo et ordine, ut prima illa meta Terrea per Leibicenses hucdum Srotowani = Kopecz nuncupata ad justam altitudinem elevetur, praeterea verò immediatè penes eandem nova erigatur, ejusque fundo duae tegulae una

una quidem, Litteras O. L. Oppidum Leitricz et Annum 1757. altera autem Litteras P. H. Possessionem Hunderwark denotantes, una cum Carbonibus et Scoriis Fabrilibus incipiantur, ab eadem porro ad Secundam, inde ad Tertiam porro ad Quartam, et ab hinc per profunditatem Vallis ad Quintam propter Clarendam ablutionem Rivuli transcundo ad Sextam supra Vallem, et defluxum, toties memorati Rivuli existentem progressu facto, non tantum eadem Metae Terreae, omnes nunc conspicuae, debita forma renoventur, verum insuper pro tanto majori et notabiliori Signo, Limites utriusque Territorii distinguente, a prima usque ad Quartam Metam, et ab hac usque ad praefatum Rivulum, mox infra eandem decurrentem, obviae Arbores etiam ex utraque parte ad unius Orgiae Spatium Succidantur, et amoveantur, demum vero a Sexta seu ultima meta alioquin ipso defluxu Rivuli Helle, alias Peklo vocati, et tandem alio Rivo Limnicza in quem nimirum prior incidit, ad exigentiam Decreti Commissionis Ruberianae inter utrumque Territorium perennem Dismitationem formante, ac imposterum quoque formaturo. Nihilominus etiam

Quarto. Eadem occasione et in Continuatione coepti Laboris a puncto illo ubi praememoratus Rivus Limnicza, Limes utriusque Territorii esse desinit incipiendo, usque ad angularem Concurrentiam Territoriorum Kerestfalvensis Leitricensis et Hunderwarkiensis priscis modernum Aetate, et pacificum ab utrimque Possessum, quod huncusque nullis habitis Metis per solam lineam, satis cognitam et apparentem observabatur, pro futura firmiore observantia et omnimoda securitate, tot numero novae Metae Terreae similibus uti supra attactum Signis, aliisque Signis providendae ponantur

-ponantur, quot et quantas Pars utraq[ue] necessarias fore judicaverit in relaone tandem desuper formanda cir-cumstantialiter describendae. Quibus taliter effectuatis ac per id totali Vicinia contiguitate Territorior[um] Leutzi-chensis et Sondermarkiensis plene districta existente.

Quinto. Partes hic transigentes, earundemq[ue] Successores obstrictae manebunt, praedeclaratas universas metas singulo recurrente quinquennio, in praesentia processualis Judlium et Iurassoris renovare, et arbuscolas medio tempore necfors in exercisa plaga succrescentes repurgare, talitérq[ue] mutuam reambulaonem Territorialem instituere.

Ad quae praemissa omnia et singula, perpetuis temporibus sancte et inviolabiliter ab utrinq[ue] observanda, bonamq[ue] Viciniam tum respectu lignaonis, tum pascuationis collendam, suprà nominatae Partes suis et eorum, quod interest nominibus, coram nobis solemni Manuum stipulatione mediante semet obligarunt. Actum in Possessione Sunder-mark die 22. Mensis Septembris. Ao. 1757.

Ezechiel Görgöij de Eadem Illustris Inclyt: Ord. V. Comes & pro hoc actu Subdelegatus Comissarius (L.S.)

Alexander Görgöij de Eadem et in Toporcz Excelsae Illustris Tabulae Judiciae Juratus Assessor et pro hoc actu Subdeleg. Comiss: (L.S.)

Franciscus Jancso Illustris Scepus. Ord. jurat. Notarius ibidem Subdelegatus Comissarius. (L.S.)

Johannes Darvatsky Comes, XIII Oppid: Scepus: S. R. M. P. et Comissar. et Secret: (L.S.)

Tobias Jony Primarius Judex Iglovientsis et pro hoc actu Subdelegatus Comissarius (L.S.)

Johannes Topperczer Notarius Varalliensis et pro hoc actu Subdelegatus Comissarius. (L.S.)

Johannes Desztyansky Judex Delnensis et Subdelegatus Comissarius. (L.S.)

Infrascripti Praesentium per vigorem fatemur et recognoscimus. Quod nos tum per Illam Subdelegatam Mixtam Commissionem exmissi, tum etiam virtute Transactionis inter Inclytam Familiam de Berszeviczi Haereditariam in Gondermark et Privilegiatum Regium Oppidum Leibicz coram Supratitulata Commissione die 22. Mensis & Anni infraspecificatorum celebratae, peculia-riter ad renovationem et respective erectionem metarum, 3tio et 4to Transactionis Punctis deductarum ordinati existentes, talismodi nobis concreditum negotium modo et ordine sequenti in effectum deduximus. Et quidem eadem adhuc supra denotata die, mox post conclusam Transactio-nem, habita temporis post meridiani ratione primo ad fa-ciem loci per punctum 4tum Transactionale circumscri-pti. Exeuntes in praesentia et concursu Prosi Dni Gabri-elis Berszeviczy de Eadem qua supra fatae Inclytae Familiae Deputati ab una, ab altera vero partibus Pro-vidor. Prudentum ac Circumspectorum Dnor. Johannis Breu-dertem Jattaeti Oppidi Leibicz Judicis Primarij, Johan-nis Jony Tribunni Plebis, Tobiae itidem Jonij Vice Judicis et Notarij, Balthasaris Ribiczey Senatoris, nec non Eliae Henez et Michaelis Gloss Junioris Electae Communitatis Commembrorum, praeterea comitante nos Nobili Sigismundo Gorgey de Eadem et Topporcz Comprovinciali, supra ri-pam fluvii Limnicza inter possessiones Majerky et Hundermark decurrentis, ubi nimirum Territoria praefatae utriusque possessionis distinguere cessat in distantia 10. Passuum a defluxu ipsius, proxime ad horreum Inco-lae Majerkens. Melchioris Vojczek nominati in fine ejusdem possessionis versus Hundermark respiciente situm Primam metam terream ereximus ejusdemque mediantibus duas Tegulas, quarum uni Littera P. H. possessionem Hundermark alteri O. L. Oppidum Leibicz denotantis utrique vero Annus 1751.

1757. insculpta habentur, una cum adjectis Carbonibus et Scorijs
imposuimus; Ab hac prope antiquum actuale Possessorium utri-
usq partis recta linea versus Plagam Occidentalem per pra-
ta penes sulcum metalem progrediendo rivulumq a Colle
Rittsteig sic dicto, defluentem, et per Majerkenses Sauerwas-
ser nuncupatum transeundo ac obvium montem per Hun-
dermarkienses Kesmarska Hura per Majerkienses vero in
Küstler vocatum ascendendo inq in latere ejusdem mon-
tis, et in cespite graminoso utriusq partis terras arabi-
les ibidem habitas separante Secundam a priori 119
orgijs Viennensibus distantem, inde praetactum montem
ulterius per eundem cespitem recta linea et servata
plaga occidentali ascendendo emensoq 151. orgiarum
spatio in dorso montis Tertiam, tandem Superato toties
fati montis cacumine per alterum latus ejusdem occi-
dentale descendendo usq ad vallem et in eadem deflu-
ente rivulo per Hondermarkienses Mlaka per Majer-
kenses vero Teich vocato, trajecto modicaq deflexione
ad Sinistram alterum montem ascendendo inq in latere
ejusdem et cespite simili Quartam a priori 238. orgi-
is distantem, ab hac iterum servata recta linea, et
plaga occidentali ad summitatem hujus montis per
spatium 313. orgiarum ascendendo prope viam ordi-
nariam ex Possessione Hundermark ad Civitatem Kesmark
ducentem ex cujus altera parte jam Pratum Kersstal-
verse inter agros Majerkiens. a Sinistra et Hunder-
markiens. a Dextra sitos Sibi[?] Quintam et ulti-
mam fecimus metam terream, tam huic quam priori-
bus omnibus supra modo signatas duas tegulas, Scori-
as, et Carbones imponendo, praeter quae Signa 3tia et 4ta
meta

metæ terreæ copiosis lapidibus etiam inscriptæ essent. Tan-
dem vero immediate sequenti die cum iisdem quos supe-
rius memoravimus interfuerunt, Dominis videlicet Ezechiele
Perssevitzy de Eadem, Primario et Vice Judicibus Op-
pidi Leibicz, Elia item Hentz et Michaele Rosz ali-
isq quam plurimis Oppidanis Leibicensibus ad initi-
um Territorii praetacti Oppidi et Possessionis Hunder-
mark in Sylvis habitum, functoq Transactionali ter-
tio denotatum nosmet conferentes, ibidem statim
praesentibus etiam, Providis Georgio Zuedy et Thoma
Kovaly Incolis Possessionis Szent Gyorgy Comprovinci-
alibus repertam Primam metam per Leibicenses
antedac Protovani Kopecz nominatam debite reno-
vavimus, et praeterea ad latus ejusdem orientale aliam
novam metam terream ereximus, cujus fundo pariter
duae tegulae Literas P. H. et O. L. annumq 1751. in
se continentes impositae sunt, ab hac versus occidentem
descendendo in distantia 270. passuum repertam
Secundam; inde factis passibus 380. Tertiam ab hac
iterum passus 400. semper in descensu figendo 4tam
metam terream eodemq modo, quo supra scriptam 1mam
renovavimus, et ab hac extensis passibus 125 per-
venimus in vallem, et ad rivulum in eadem defluen-
tem per cujus vallis profunditatem passibus 128 pro-
grediendo paulo remotius a valle in dextro latere
montis collocatam Quintam, inde praetactam vallem
et rivulum, subinde quidem aqua carentem transeun-
do devenimus ad Sextam et ultimam metam terream
ex sinistra parte sub pede montis exstantem quas duas
postremas pariformiter renovando ad justam altitu-
dinem elevavimus. Et siquidem eodem puncto Trans-

actionali

actionali tertio, regritata excisio arbor, hac occasione ultra majorem impetum venti effectuari nequivisset, hinc facto tantum a prima meta usq. ad vallem et rivulum mox infra Quartam decurrentem utrinq. parte ad minus orgiae spatium in crassioribus arboribus decorticationibus lignis, easdem taliter quantocitius comodiori tempore succidendas et evehendas utriq. parti serio commisimus.

Super cujus modi nobis concredita et praededucto ordine per nos fideliter peracta metationis serie, praesentem manuum nostrarum subscriptionibus, usualiumq. sigillorum appressione corroboratam exitem Ittae Subdelegatae Mixtae Comissioni exhibendam esse duximus relationem. Actum in Possessione Hindermark die 23tia mensis 7bris. Ao. 1757.

Joannes Vitalis de Eadem
Jurattus Scepus. Sed. Judlium
L.S.

Jo. Rakowszky Jurattus Liptoviensis Assessor.
L.S.

Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :

DIGITAL – CENTER

ul. Ostatnia 17

60-102 Poznań

www.digital-center.pl

biuro@digital-center.pl

tel./fax (0-61) 665 82 72

tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.
Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.